

pit ille mortem *Aaronis*, Num. XX, 26. & nostrorum *dierum*  
*numerus in ejus libro descriptus est.* Psalm. CXXXIX, 16. ita  
 ut terminum vitæ nostræ vel *prolongare*, II. Reg. XX, 1. vel  
*abbreviare* possit. Psalm. LV, 24. prout norit clepsydæ suæ  
 vel horologii rationes. Quæ similia vide apud B. Dann-  
 hauerum Hodof. p. 330. & B. Scherzerum in System. Theolog.  
 Hinc non solum *prævidere* dicitur terminum vitæ, sed etiam  
*constituere*; non quidem velut *absoluto* & respectum ad cau-  
 las & circumstantias extra Deum, penes homines, occurren-  
 tes excludente; *censô* tamen decretô. Confer B. Æg. Hunnii  
 QQ. & Resp. de Provid. (2.) Christus etiam est causa effici-  
 ens quietis hujus *promerendo*. Ipse enim suâ morte placi-  
 dissimam nobis mortem promeruit, & ad quietem à se prome-  
 ritam h. l. populum suum dimittit, Nam יתך את עשיר בסותיו  
*dedit divitias*, (quarum haud postremum genus *εὐθυσία*  
 est,) *in mortibus suis.* Es. LIII, 9. Vide B. Glassium Gramm.  
 S. Lib. 3. Tract. I. p. 3. Et *pacem*, in qua *dimittimur*, Luc. II,  
 29. מוסר שלומנו עליו *Castigatio pacis nostra super eo fun-*  
*data est.* Esaiæ LIII, 5. ipse *abit ad locum nobis preparandum.*  
 Job. XIV, 3. *Mors* fuit ipse *mortis.* Os. XIII, 14. Et licet  
 septuaginta interpretes Es. XXV, 8. verba illa בלע המור  
 לנצח reddiderint per κατέπιεν ὁ θάνατος ἰχθύος, rectè tamen  
 observat B. Meisnerus, quòd *mors absorpserit Christum, sicut*  
*piscis in vermiculo hamum*: vide B. Dannhauerum Hodof.  
 p. 730. κατέπιεν ὁ θάνατος εἰς νῆκ. I. Cor. XV, 54. Cùm  
 autem in morte *duo* consideranda sint: *primò* illud, quòd  
 mors in se præcisè importat; nempe *privatio vitæ* orta ex  
 unionis naturalis, quæ inter corpus & animam est, dissolu-  
 tione: *deinde* adhærens huic dissolutioni ac privationi in-  
 felicitas & maledictio; Gen. III, 17. *illud* quidem apud infi-  
 deles ac fideles manet actu, quem remorari sapientiæ di-  
 vine

vine